

Christo sedulo tripudiare, qui tantum ducem contulit nostre patrie, cuius provida moderatione Christiana plebs fruere-
tur diuturna pace, cuius animus, cum^a omne bonum excel-
lat, hoc vero quasi singulare amat, scilicet monasteria con-
struere, constructa visitare, religionem monasticam appro-
bare et privilegiis suae autoritatis^b decorare. Multis sane
monasteriis hoc affectum sue dilectionis exhibuit, impen-
sius tamen Maciacensis^c ecclesiae, quae quondam a Carolo
Magno in territorio Biturige urbis fundata et a Turis^d hanc
regionem devastantibus ad solum redacta, postea vero a
Egone clarissimo duce Aquitanorum optime restaurata et
in honore sancti Martini consecrata immensisque praediis
ab eo dotata et, ne aliquis mortalium ex suis sibi aliquid
usurparet, regie tuitioni ab eodem abdita^e. . . . Hanc
vero quadam prerogativa charitate^f excoluit, huic affectum
suum adeo indulsit, ut non solum privilegium, ut prede-
cessores eius fecerant, pro nobilitatione et libertate illius
ecclesiae fieri iuberet, sed etiam illud privilegium apostolice
sublimitati per me, qui tum forte Romam pergebam, mit-
teret, quo et apostolicus affectum principis circa ipsum
locum cognosceret et, suam autoritatem^g autoritati re-
giae conferens, ipsum locum magis ac magis nobilitaret.
Accepto igitur a me Stephanus papa mandatum^h regis,
gratulatus admodum eius bonitati et fidei, rescripsit ei in
hiisⁱ verbis:

‘Stephanus non suis meritis Romanae ecclesie prae-
sul charissimo^k filio Ludovico imperatori Galliarum sic mor-
talibus imperare, ut Deum^l possit servire. Gaudemus^m in
Domino, dilectissime, qui cum sceptro terreni honoris con-
tulit tibi tantum Domini virtutis, ut non solum tu pietati
et misericordiae insistens, rerumⁿ etiam humili supplica-
tione nos ad eadem imitando^o inclinares. Unde mox ut
per Rodulfum^p fratrem nostrum, Biturige archiepiscopum,

a) cum] cum per. b) autoritatis] auctoritatis. c) Maciacensis]
Masciacensi. d) Turis] Turcis. e) abdita . . .] addita; *im Ms. keine
Lücke; zu ergänzen ist etwa: est.* f) charitate] caritate. g) autori-
tatem autoritati] auctoritatem auctoritati. h) mandatum] mandato (?);
*die Stellung der Worte Stephanus papa scheint gegen die Aenderung zu
sprechen, aber man müsste sonst hinter a me eine im Ms. nicht angedeutete
Lücke annehmen.* i) hiis] his. k) charissimo] carissimo. l) Deum
possit servire] Deum possit servare, *zur Herstellung der Reimprosa.*
m) Gaudemus in Domino] *diese Eingangsworte finden sich auch im Briefe
Leo's I. vom Jahre 451, Hinschius, Decretales Pseudoisidorianae p. 606
(Jaffé-K. n. 460).* n) rerum] verum. o) imitando] imitanda. p) Ro-
dulfum] Radulfum.